

eos qui a peccato liberi sunt incorruptos uocari. ita ut diligentes dominum ihesum christum in incorruptione sint. dum peccata uinculis non tenent. et in quibus gratia dei est. Simulque arbitror ad distinctionem eorum qui diligunt dominum ihesum christum. si non in corruptione. nunc positum eos gratiam habere christi qui diligant eum in incorruptione. Quanti enim diligunt deum. parati exilia. parati martyria. parati inopiam. et omnia pro contemptu mundi genera sustinere. et nichilominus carnis passione superant. Sed hijs non imprecatur gratiam apostolus. quia gratia dei est cum omnibus qui diligunt eum in incorruptione. *Explicit epla ad ephes.*

**A**ve maris stella. Presens scilicet fratris karissimi. mare est. Ad similitudinem namque maris fetet. tumet. salsum est. et instabile. fetet luxuriam. tumet pro superbia. salsum est pro amaritudine. instabile pro curiositate. Oportet itaque fratres oportet nos habere nauem. et ea que ad nauem pertinent. si tam periculosum mare sine periculo transire uelimus. Oportet nos habere nauem. malum. uelum. et duo ligna inter que uelum extendit. superius et inferius. cheruchum que gallum uentum obseruantem uocare possumus. Debeamus habere cordas. remos. guber-

naculum. anchoram. escam nobis necessariam. Rete etiam habeamus. ut aliquem piscem extrahere ualeamus. Videte quid ista significent. Hauius significat fidem. que in abraham qui fuit prima credendi uia. quasi in uno ligno initium cepit. et in ysaac adhuc et in iacob satis arcta fuit. Cepit autem postmodum dilatari nauis ista. secundum propagationem decem tribuum. Humerus enim credentium quantomagis creuit. tanto magis nauem fidei dilatauit. Deinde quoque post transitum maris rubri. suscipientibus filiis israel legem dei. et ipsis intra promissionis premodum multiplicatis. amplius dilatata. Deinde ueniente christo pro humano genere passo. et in omni terra sono apostolice predicationis audito. postquam plenitudo gentium intrare cepit. multum nauem istam dilatauit. In tempe autem antichristi refrigerante karitate multorum. falsis fidelibus exclusis. rursus in artum restringet. et reducet. et sicut abraham in praefata fidei fuit primum lignum. sic ultimus iustus in puppi eius erit lignum ultimum. Sane quicumque ab initio mare presentis seculi salubriter transierit. uerit. quicumque pericula eius euaserit. quicumque ad portum salutis peruenerit. omnes nauis fidei nauigauerit et transierit. fide plurimam hos

quam abel obtulit deo. qm̄ cam. p̄  
quam testimonium osecutus est eē  
iustus. ⁊ p̄ illam defunctus adhuc  
loquit̄. **fide** enoch placuit deo ⁊ tran-  
latus est. **fide** noe aptavit archa  
in salutem domus sue. **fide** q̄ uo-  
catus ē abraham obediuit exire ī  
locum quem accepturus erat. **fide**  
sara sterilis accepit uirtutē con-  
ceptionis. **fide** ysaac singlōs filioꝝ  
benedixit. **fide** ioseph moriens. de  
p̄fectione filioꝝ isrl̄ memoratus  
est. ⁊ de ossibus suis mandauit.  
**fide** moyses natus. occultatus est.  
**fide** se filium filie pharaonis nega-  
uit. **fide** pascha celebrauit. **fide** filii  
isrl̄ mare rubrū transierūt. **fide** mu-  
ri iericho corruerūt. Et quid dicat̄. De-  
ficiet̄ me dies narrantem de sc̄is an-  
tiquis. qui p̄ fidem uicerūt regna. o-  
pati sunt iusticiā adepti sūt reymis-  
siones. Quoz̄ alij obturauerūt ora leo-  
nū. ut daniel. alij erunt̄ impe-  
tum ignis. ut tres pueri. conualu-  
erūt de infirmitate. ut iob. ezechi-  
as. fortes facti sunt in bello. ut io-  
sue. iudas machabeus. acceperunt mu-  
lires de resurrectione mortuos su-  
os. ut p̄ helyam ⁊ p̄ helyseū. Alij dis-  
tenti sunt n̄ suscipientes redemp-  
tionē. sicut septē fratres q̄ in libro  
machabeoz̄ passi legunt̄. Alij lapi-  
dati sunt. ut iheremias in egypto.  
ezechiel in babilone. secti sunt ut  
ysaias. in occisione gladii mortui

sunt. ut urias. circueerūt in meloti-  
ut helyas ⁊ alij. Et hu om̄s ⁊ multi a-  
lij fide picula p̄sentis seculi transierūt  
eo quide testimonio fidei p̄bati iuen-  
ti sūt. **I**stius nauis tabule sūt sacre  
scripte sententie. et ad eius fabrica-  
tionem alias nobis tabulas tradit  
uetus testam̄tum. alij s̄ nouū. Na-  
ui quib; iste tabule p̄ungunt̄. auc-  
toritates sunt sc̄oz̄. quib; concordat  
ea que continent̄ in serie duoz̄ tes-  
tamentoz̄. **I**ste tabule eruduntur  
p̄ lectionē. dolant̄ p̄ meditationē.  
**M**alus q̄ in altū erigitur significat  
spem p̄ quā leuamur ad celestia que  
renda. sapienda. sic scriptū ē. Que  
sursum sunt querite n̄ que sup̄ ter-  
ram. que sursum sūt sapite ubi x̄p̄e  
ē in dext̄a dei patris. **V**elum karitatis  
est que extendit̄ ante. dextrorsū. si-  
nistrorsū. **A**n̄te. p̄ desiderium futūꝝ.  
dextrorsum p̄ dilectionē amicoꝝ. sinis-  
trorsū p̄ dilectionē inimicoꝝ. **D**uo  
ligna. sup̄ius ⁊ inferius. significat  
rationē ⁊ sensualitatē. **D**ebet karitatis  
sup̄ius firmari p̄ rationē. et immo-  
biliter teneri. inferius ū p̄ sensuali-  
tatē non solum teneri. s; et moueri.  
quia p̄ eam debet ī bona actione erer-  
ceri. **S**ic etiam fit in nauis materiali.  
quia lignum sup̄ius n̄ mouet̄. ⁊ lig-  
num inferius mouet̄. **G**alliculus  
significat discretionē spirituum.  
**A**d hoc enim galliculus uel aliud a-  
liquid uice eius malo supponitur.

